



Universitätsbibliothek Paderborn

Lignvm Vitae, Ornamentum, & Decus Ecclesiæ

In Qvinque Libros Divisvm. In quibus, Totius Sanctiss. Religionis Divi Benedicti initia; Viri Dignitate, Doctrina, Sanctitate, ac Principatu clari describuntur: & Fructus qui per eos S. R. E. accesserunt, fuissimè explicantur

Wion, Arnold

Venetiis, 1595

Fili Imperatorum Occidentalium Romanorum, tam certæ, quàm incertæ professionis. cap. XX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38397

TERTIVS ORDO SECVLARIVM,
ad sinistram S.P.N.Benedicti depitorum,

Q VI E S T

Defilijs, & filiabus Imperatorum, tam Occiden-
talium Romanorum, quam Orientalium
Constantinopolitanorum : hi

Ex Augusto se deposuerunt Imperio, qui de Cæsaris do-
mo erant. 2. Paral. 15. Philipp. 4.



Fili Imperatorum Occidentalium Romanorum, tam
certæ, quam incertæ professionis.

Cap. XX.

Pipinus Gibbosus, Caroli Magni Imperatoris filius,
Nothus.

PIPINVS, pulcher quidem facie, sed Gibbo de-
formis, omnium filiorum Catoli Magni Impera-
toris natu maximus filius, Nothus, ex Hilmetru-
de concubina, Hic cum quibusdam proceribus
Francorum in Patris sui caput coniurasset, in mo-
nachorum ordinem est redactus, & ad Suevos in
Genobium S. Galli deportatus. Vnde tamen, quo leuius foret exi-
sum iam monachari desiderans, ad Prumiæ S. Salvatoris mona-
sticum, in agro Treuirensi, translatus est, anno Domini 792.

A N N O T A T I O .

Non parum hallucinati sunt Bugianus noster colloquio secundo sue
Monastice historie, cuiusque in omnibus sequax Morigia, lib. 3. ca. 16.
de vir illi qui fuerunt religiosi: nonnullique alij recentiorum, qui plus si-
dei verbis Bugianus prebuerunt, quam ipsi ueritati. Duos namque filios
eiusdem nominis Pipini Carolus Magnus Imperator habuisse legitur,
nam, eumque primogenitum, illegitimum & gibbosum: alterum legi-

FFF 4 timum

tum egregia indolis iuuenem, Regemque Italiam. Primum usq;
raret Bugianus, & secundum sciret in monasterio S.anti Zenonis loco
sepultum, omnino arbitratus est eum esse qui ab bisloricis Monachis
fuisse traditur, cum non ipse, sed frater eius fuerit, ut egregie prodidit
Einardus in vita Caroli Magni, Franciscus Belforestius in annalib.
eis, lib. 2. c. 15. & alijs rerum gestarum Caroli Magni scriptores. Tu-
nus enim Italia Rex iisdem referentibus, & Carolo Sigonio, lib. 4. tri-
gno Italia confirmante, obiit Meliolani 8. Idus Iunii anno Christi 810
qui erat duodecimetus a Monachatu Pipini Gibbos, & inde u-
nam delatus in monasterio S. Zenonis, quod ipse construxerat, fuit
est. Cuendi igitur quidem sunt Bugianus, & Morigia, sed multo
quidam nostri temporis R. Abbas, quem honoris causa non nomino, ac
maduerendum, qui hunc Pipinum Monachum de quo loquimur,
fuisse Pipinum breuem, Franciae Regem, Carolique Magni Imperator
Patrem, qui eius error, quantus sit & qualis, lectori djudicandum
relinquo.

Drogo, Caroli Magni Imp. filius, Nothus.

DROGO, Caroli Magni Imperatoris, ex Reginobyrga, sive Add-
trude concubina, filius Nothus, a pribio iuuentutis Hore spou-
monachus Luxouiensis factus; deinde meritis crescentibus Episco-
pus Merensis in ordine quadragesimus: consilio coniuratorum, pu-
rum scelere atque fraude a propriis filijs captus fuerat Ludovicus
Pius Augustus eius frater, cum perpaucis Episcopis refragatus, Le-
donico Germanico, alterutri fratribus, persuasit, quo patrem ex in-
sta servitute, & captiuitate liberaret. Vnde de Ecclesia, & Impero
benemeritus, tandem obiit anno Domini 855. Episcopatus sui:
& Metis sepultus est. Trittemius de vir. ill. ord. S. Ben. lib. 4. c. 22. 3. C
Belforestius in annal. Franc. lib. 2. c. 30.

Hugo, Caroli Magni Imp. filius, Nothus.

HUGO, Caroli Magni Imperatoris, ex Reginobyrga filius No-
thus, ut quidam uolunt primum Dux Aquitaniae, deinde omnibus
relictis, Monachus, & postmodum Abbas, monasterii S. Bertini, in
Morinis: & postremo (ut Belforestio placet) Rothomagenensis Archi-
episcopus. Obiit in obsidione urbis Tolosa; anno Domini 845. Le-
cobus Meyerus lib. 2. annal. Flandria. Idem Belforestius, lib. 2. c. 39. illi-
cum Archiepiscopum Rothomagensem facit, sed quo iure non videt,
nam eo tempore sedebat Rothomagi. Gumbaldus, 33. Archiepiscopus, ca-
reatus fuerat anno 838. præfuitque usque ad 849. nec ipsem Bello-
sius, sicut nec Demochares, in enumeratione Praefulgi: Rothomag-
ensis.

nam in sua Cosmographia, eius memoriam agit. *Nos quid sentiamus di-*
ximus, Lector quod velit sequatur.

Lotharius, Caroli Calvi Imp. filius.

LOTHARIVS, Caroli Calvi Imperatoris ex Hermenfrude uxore
 prima, filius, natus anno Christi 846, a prima iuuentute a patre sa-
 cris dicatus, & monachus factus, deinde Abbas, sed cuius cœnobii
 nondum repperi: tandem in ipso iuuentutis sua flore, immaturo
 anno 866. ætatis suæ undeicimo completo, Ado Viennensis
 in chronicis non longe a fine ad annum 866. & quidam alijs.

Carolomannus, Caroli Calvi Imp. filius.

CAROLOMANNVS, predicti Lotharij ex isdem Patre, & Matre
 frater, puer sacris initiatu*s Diaconii etiam officium suscepit: sed ubi*
adoleuit, monasterio relicto, Sacerdotes & templorum, ut alter Julianus,
bello ac direptionibus summè afflixit, patrique multas iniurias in-
tulit, a quo tandem captus, & eius precepto oculis orbatus (iusto
Dei iudicio lucem exteriorem amitteret, qui interiorum, quæ Chri-
stus est, a suo peccatore effugauerat) etiam in vincula coniectus est.
Vnde elapsus, Ratisbonam ad Ludovicum Rēgem partum confu-
gittagico more suas deplorans ætumnas; qui inopem miseratus,
Epernacum monasterium S. Vuillibordi, ei ad subsidium uitæ præ-
fensis concessit: anno 874. & postmodum, si Belfortio credimus,
Abbas S. Albani Moguntiæ factus est. Regino Abbas Prumiensis in
chronico, lib. 2. Belfortius annal. Franciæ, lib. 2. c. 53. & 55. & alijs.

Hucbertus, Caroli Calvi Imp. filius.

HUCBERTVS, eiusdem Caroli Calvi Imperatoris filius, utrum
 tamen legitime an fortuito concubitu natus ignoro, monachus pri-
 mun s. Richartii, deinde etiam eiusdem cœnobij Abbas effectus est,
 anno Domini circiter 860. vt narrat Trittemius in chronicis Hirsa-
 giae in tractatu Gerungi Abbatij secundi.

Godefridus, Hugonis Imp. filius.

GODEFRIDVS, Hugonis Italæ Imperatoris filius, ut puto, No-
 thus, Nonantulae in agro Mutinensi Deo dicatus, postmodum eius-
 dem cœnobii Abbas 19. creatus est, anno Domini 949. obiitque an-
 no 981. vel 982. regiminis sui 32. completo. *Chronicon monasterij*
Nonantulae, MS.

Ratfredus, Hugonis Imp. Neps.

RATFREDVS, Hugonis Italæ Imperatoris Neps, monachus S.
 Marie Farfensis, & deinde ob uitæ integritatem, & morum elegan-
 tiam eiusdem monasterii Abbas 25. cum monasterio annis 48. uti-
 lissimè

lissimè p̄fūsset, ex hanc uita migravit, anno Domini, ut collig.
878. Catalogus Abbatum Farfensium.

Wilhelmus, Ardoini Imp. filius.

*VVILHELMVS, sive Gulielmus, Ardoini Imperatoris Italie
tra Henticum II. aliis I. Claudum creaci, filius, post adūcūtūm
tre Ardoino S. Benigni Fruetuarie, in agro Taurinensi, monachus
eiusdem monachus, & Abbas primus constitutus est anno Chilii
circiter millesimo, Philibertus Pinguis in Augusta Taurinorum,*

*Fili⁹ Imperatorum Orientalium Constantinopolitanorum,
tam certæ, quam incerte professionis.*

Cap. XXI.

*Nicephorus, & Christophorus, cum fratribus, Constantini Imp.
ratoris filij.*



L A V I I. Nicephorus, & Christophorus, nobilissimi Cæsares, ac Pueri Nicetas, Anthonius, & Eudocimus, Constantini VI. Copronymi Imp. et Eudoxia uxore tertia filii, a Constantino VII. Imperatorum nepote, Constantinopoli coacti abdicatis, & oculis, quidam etiam lingua priuatis, cœnobio clusi sunt anno Domini 780, die 13. Calendas Novembri.

S. Ignatius, Michaelis Imp. filius.

S. IGNATIUS Michaelis Rangabes Imp. & Procopiæ Auguste Nicephori Imp. filia, filius, Euuachus, monachus primum monasterio Sarri, deinde Patriarcha Constantinopolitanus LVI. creatus anno Domini 847. præfuit duabus uicibus, annis 23. cum enim Bardas Cæsarem ob repudiatam uxorem arguisset, ab eo multis iniuris affectus, in exilium etiam pulsus est: sed anno septimo a Nicolao Romano Pontifice restitutus, tandem in pace quieuit 10. Cal. Noembris, anno Domini 876.

Anastasius, Constantini Cæsar filius Notus.

ANASTASIVS, Flauii Thomæ Constantini, qui contra Michaelem Balbum Imp. Imperator acclamatus est an. 821. filius Notus & monachus cuiusdam cœnobii iuxta Byzantium, ex monasterio a Patre retractus, & in filium legitimum adoptatus, ac Cæsar proclamatus, non longe post cum eodem patre suo Hadriampoli caput

& in-